Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et ex precordiis fouent poma tre
dant veteria noua fiunt omnia corda
uocis & opa Nocte recolite ceua
nouissima qua xpus credite agnum
& azima edisse fratribus uicta legit
tuna prisca indulta patribus Do
olet agnus tripici explens epulis
corpus domini datur discipulis sic to
tum omnibus quod totum singulis eis
fatemur manibus Dedit fragili
bus corpis fidem dedit & tristibus
sanguinis poculum dicens accipite
quod trado vasculum omnes ex eo bi
bite Sic sacrificium istud institu
it cuius officium committi voluit so
lis presbiteris quibus sic congruit
ut sumat & det ceteris Panis an
gelicus fit panis hominum dat panis
celicus figuris terminum res mira
bilis manducat dominum pauper seruus
& humilis Te trina deitas unaque po
scimus sic te nos visites sicut te colimus
per tuas semitas duc nos quo ten
dimus ad lucem quam inhitas Amen

Verbum supernum ad sepulcrum
prodiens nec patris linquens
dexteram ad opus suum exiens venit
ad vitae vesperam In mortem adis
pulo suis tradendus ensibus per i
nte ferculo se tradidit discipulis
Quibus sub bina specie carnem
dedit & sanguinem ut duplex sub
stantia totum cibaret hominem Se na
scens dedit socium conuescens in edulium
se moriens in pretium se regnans
dat in premium O salutaris hostia
que celi pandis hostium bella premunt
hostilia da robur fer auxilium O
Uni trinoque domino sit sempiterna
gloria qui nos a nunc et usque in hodiernum nobis
donet in patria Amen ad laudes
Pange lingua gloriosi cor
poris mysterium sanguinisque
pretiosi quem in mundi pretium fructus
ventris generosi rex effudit gentium Nobis natus nobis datus
ex intacta virgine et in mundo conuersatus
sparso verbi semine sui moras incolatus
tandem clausit ordine In supreme
nocte cene recumbens cum fratribus
observata lege plena cibis in le
galibus cibum turbe duodecim se dat
suis manibus Verbum caro panem
verum verbo carnem efficit fitque sanguis
vinum xpi merum et si sensus deficit ad
firmandum cor sincerum sola fides sufficit
Tantum ergo sacramentum veneremur
cernuum et antiquum documentum no
vo cedat ritui praestet fides supplementum
sensuum defectui Genitori genito
que laus et iubilatio honor virtus
et potestas sit et benedictio procedenti ab utroque